

(6) <sup>^</sup>Adventu Caesaris <sup>^</sup>facta commutatione rerum,  
<sup>^</sup>obsidibus Aeduis redditis,  
<sup>^</sup>veteribus clientelis restitutis,

novis **per** Caesarem comparatis,

quod hi,

qui se **ad** <sup>^</sup>eorum amicitiam adgregaverant,

(7) <sup>^</sup>meliore <sup>^</sup>condicione atque aequiore imperio se

uti videbant,

reliquis rebus <sup>^</sup>eorum gratia dignitateque

amplificata Sequani principatum dimiserant.

**In** <sup>^</sup>eorum locum Remi successerant:

quos quod <sup>^</sup>adaequare apud Caesarem gratia

intellegebatur,

ei,

qui **propter** <sup>^</sup>veteres inimicitias <sup>^</sup>nullo modo

**cum**

<sup>^</sup>Aeduis coniungi poterant,

se Remis **in** clientelam dicabant.

(8) Hos illi diligenter tuebantur: ita et

novam et

repente collectam auctoritatem tenebant.